4C

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE FEUDIS.

QUAM

DEO PROPITIO,

Ex Decreto & Authoritate

MAGNIFICI ET AMPLISSIMI JURISCONSULTORUM ORDINIS IN ILLUSTRISSIMA ET CELEBERRIMA ACADEmia Marpurgenſi

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE PRIvilegiis & Honoribus Doctoralibus conſequendis

PUBLICE HABEBIT

GEORGIUS Turcke HANNOVERANUS SAXO.

Ad diem 8. Martii.

BIBLIOTECA ... ROMA ... EMANUELE

MARPURGI CATTORUM,

Ex Officina Typographica Sauriana,

ANNO M. DC. XXI.

40.

DE FEUDIS.

THESIS I.

IUs noſtrum quo utimur aut ſcripto conſtat aut ſine ſcripto §. *conſtat* 3. *I. de I. N. G. & C.* vel eſt à judicio & expreſsâ ſanctione & dicitur in ſpecie lex, vel eſt ex rebus ipſis & factis tacitè collectum *l. de quibus* 32. §. 1. *de LL* & appellatur conſuetudo, cujus generis maxima ex parte ſunt feuda, de quibus in præſentiarum, ſi ille volet, qui ſupra nos vult, & poteſt, tractaturi ſumus.

2. Feudorum originem alii aliis acceptam ferunt. Ego germanam eorum originem ignorari cenſeo, cum quod apud locupletes autores de ea nihil certi inveniatur; tùm quod plerumq; in vetuſtis neſciatur, a quo orta ſit conſuetudo *l. ſi arbiter.* 18 *de probat.* tùm quod feudorũ initia admodum exilia & infirma fuerint, licet paulatim magis magiſq; à tenui exordio nata creverint, ut belliſſime oſtenditur 1. F. 1. §. 1 *de his qui feud. dar poſſ.* Ne dicam quod haut perpendatur à quo orta ſit conſuetudo, ſed an in notitiam & uſum popularem pervenerit *l. de quibus* 32. §. 1. *de legib.*

3. Conſuetudines autem feudorum (quæ alibi dicuntur mores curiarum 2. F. 1. *de feud. cogn.* mos rectus 1. F 5. § *præterea* 1. *quibus mod feud. amitt.* uſus regni 1. F. 15. *an mar. ſucc. ux.* juſtus, verus, rationabilis 1. F. 13. *de alien. feud.* antiquus & rationabilis 1. F 7. *de nat feud* ab antiquis ſapientibus conſtitutus 1 F. 1. § *pen. de his qui feud. dar.* naturales & bonæ curiarum conſuetudines 2. F. 23 *in quib. cauſ feud*) non ſolum in notitiam popularem tranſiiſſe ſed etiam longiſſimo uſu in orbe Romano comprobatas & receptas eſſe ipſa res & Interpp. juris loquuntur, teſtantur.

4. Unde facilè colligi poteſt quā vim hujuſmodi conſuetudines quæ ab Oberto de Orto & Gerhardo Nigro Capagiſto ſunt cõpilatæ: Item cõſilia ſapientum 2. F. 25. *ſi de feud. vaſ ab alio interp.* 2. F. 28. *hic fin. lex.* Epiſtola Philiberti Epiſcopi 2. F 6 *de for. fidel.* & aliorum quorum in hoc libello F. ſuppreſſis nominibus, paſſim fit mentio 2. F. 15 *ibi mihi & aliis de inveſt in*

marit ſict. 2. F. 17. *ibi alii dicunt de eo qui ſibi vel hered.* obtineant, nimirum legis *l. in ſumma 2. de aq. & aq pluv.* nam conſuetudo inveterata, judicio populi recepta *l. de quibus* 32. § 1. *de LL.* diuturna *l. ſeq. eod.* frequenter in eodem controverſiarum genere ſervata *l.* 1. *C. quæ ſit long conſ.* pro lege ſemper habetur *d. l.* 2. *de aq. & aq. pluv.* pro jure & lege obſervari ſolet *l. diuturna* 33. *de LL.* pro lege cuſtoditur *d. l.* 32. §. 1. vim legis obtinere debet *l. nam Imperator* 38. *eod.* deniq; legem vincit 2. F. 1. *de feud. cogn.*

5. De vi conſtitutionum Impp. his F. libris inſertarum, non dico, illas enim legis vigorem habere indubitati juris eſt *l.* 1. *ff. de conſtit. princ.* § *ſed & 6. I. de I. N. G. & C.*

6. Cæterũ illud non caret dubio 1. utrum conſuetudines feudales Clericos æquè obligent ac Laicos? Deinde an conſuetudines in ſcripturam redactæ, nomen conſuetudinis exuant & legis induant?

7. Priorem quæſtionem adfirmo: nam ſi Clerici nolunt conſuetudinibus his obſtringi, feuda accipere nõ debent, eo n. ipſo quod feuda accipiunt ad illorum jura ſe obligare videntur *c. ex transmiſſa 6. de for. comp.* neq; novum eſt ut ratione rei quis ſortiatur forũ in loco, in quo res propter quam contenditur, conſtituta eſt *l. fin. C. ubi in rem act.* Accedit quod in actione reali perſona non dicatur obligata §. 1. *Inſtit. de act.* & ſic non trahitur in judicium perſona eccleſiaſtica ſed res ipſa *l. ſed & loci* 4. §. *ſi alter.* 5. *ff. fin. reg. ibi quoniam magis fundo quam perſonis adiudicari fines intelliguntur Auth. Clericus C. de Epiſc. & Cler.* ibi quòd ſi natura cauſæ vel alia ratio *l. liberto* 31. § *fin.* ibi ſententia prædio datur *ff de neg. geſt.* Et quid multis? in jure canonico peculiaris titulus de feudis extat & paſſim eorum in eo fit mentio. *t. t. extr. de feud.*

8. Poſteriorem nego: quia res ipſa manet, nec conſuetudini quicquã accreſcit nec decreſcit per ſcripturã, ſed hoc tamen illa efficitur ut fortius faciliusq; probari queat *l. contrahitur* 4. *de pignor.* ~~*l.*~~ 2. §. *poſtea* 4. *de O. L.*

9. Feudum dicitur à fidelitate vel fide 2. F. 3. *in fin. per quos fiat inveſt.* Unde Vaſalli qui feuda habent fideles appellantur 1. F. 1. § *cum verò* 2. *de his qui feud. dar.* 1. F. 4. *in princ. ſi inveſt. feud.* 1. F. 10. *in princ. de content. inter dom.*

10. Feudum Turcæ appellant Timar, & Vaſallos Timariotas teſte Joan. Botero in politia reg. Eſt autem Timar honorarius prædiorum fructus à Græco τιμᾶν quod eſt honorare, quæ vocabuli notatio naturam feudi non ineptè exprimere videtur.

11. Pluribus modis accipitur feudum: modò pro re in feudum data 1. F. 4. §. *fin. ſi de inveſt feud.* 2. F. 8. § *è contrario* 1. *de inveſt. de re aliẽ fact.* 2. F. 22. *de mil. vaſ.* modò pro conventione ſeu inveſtitura per quam vaſallo jus in re conſti-

conſtituitur 1.F 28. *ibi per feudum de uſu Medion.* modò pro ipſo jure quod vaſallus ex conceſſione feudali habet 1.F.25.§. *fin. quib. mod. feud. conſtit.* 2.F.1. *de feud. cog* 2.F.24. *qua fuit prim. cauſ.*

12. Poſtremâ hac ſignificatione nihil aliud eſt, quam jus quoddam, alienis rebus immobilibus utendi, fruendi ſub conditione fidei conſtitutum *arg.* 2.F.1. *de feud cog* 2.F.23. *in fin. in quib cauſ. feud. amitt.*

13. Diviſiones feudi à diverſis diverſæ traduntur. Et licet tales diviſiones in jure feudali vix extent, quę in totũ regulis logicis reſpondeant, quandoquidem conſuetudines feudorum ab illis ſint congeſtę, qui magis ad conſuetudines receptas, quam ad artem reſpexerunt: attamen præcipuas ad cauſam efficientem, materiam, formam, internam & externam referti poſſe cum cordatis arbitror.

14. Ex cauſa efficiente feudum divido 1. in maſculinum à maribus ortum habens 2.F.50. *de nat. ſucc. feud.* & fæmineum ſive maternum de quo mulier primùm inveſtita eſt 1.F.8.§. *fin. de ſucc. feud.* 1.F.15. *an mar. ſuc. ux.*

15. Secundò in antiquum ſive vetus quod etiam paternum dicitur ꝙ à communi agnatorum parente deſcendit 2.F.11. *de ſucc frat.* 2.F.14. *in fin. de vaſ. decrep.* 2.F.15. *de inveſt. in mar. fact.* & 30. *de feud. fœm.* quod quicunq; ex ſuperioribus adquiſivit 2.F.50. *de nat. ſucc. feud.* Et novum quando feudũ primò quæritur 2.F.32. *qui teſt. ſunt neceſſ.* 2.F.45. *an agn. vel fil. defunct.* 2.F.49. *circ. fin. de eo qui ſin fec.*

16. Quid ſi feudum novum jure antiqui feudi, nach art vnnd eigenſchafft eines rechten ſtam̃lehns concedatur, num cauſam & qualitatẽ feudi antiqui adſumit? Non videtur, quia aſſumptio originis, quæ non eſt, veritatem naturæ non mutat *l. adſumptio 6. ad mune. l. ſi forte 8. de caſtrenſ. pec.* Niſi dicamus ſaltem intellectu iuris pro antiquo haberi: re ipſa novum manere *arg. l. in rebus 30. C. de iur. dot.*

17. Quid ſi Vaſallus antiquum feudum ut nòvum accipiat? Hoc caſu ſibi quidem vaſallus præiudicare poteſt: agnatis non item: niſi & hi huic mutationi conſentiant 2.F.39. *de alien. pater. feud.*

18. Tertiò in feudum nobile quod datum eſt ab eo qui habet poteſtatem & voluntatem nobilitandi accipientem, & Ignobile ſive plebejum quod ſine voluntate nobilitandi accipientem eidem conceſſum eſt.

19. Nobile rurſum vel eſt regale quod cum dignitate regali ab Imp. conceditur ut Ducatus, Marchionatus. Comitatus 1.F.14. *de feud Marchb.* vel non regale quod ab inferioribus dependet vel quod regalis dignitatis expers eſt 2.F.10. *quis dic. dux.*

20. Contemplatione materiæ dividitur. 1. in Eccleſiaſticum, quod in re eccleſiaſtica conſtitutum eſt 2. F. 35. *de cler. qui inveſt. fac.* & ſeculare quod in re profana *d. t.* 2. F. 35.

21. Ratione formæ internæ 1 dicitur feudum ligium pro quo Vaſallus cōtra omnes, nullo antepoſito fidelitatem domino debet 2. F. 52. §. 2. 2. F. 93. 2. F. 99 *de feud. lig.* & non Ligium de quo non contra omnes fides debetur, ſed aliquo excepto, ut Imperatore vel Rege 2. F. 7. *de nov. fidel. form.* 2. F. 55. *in fin.*

22. Poteſt quis duorum eſſe vaſallus non homologus, vel uni homologus, alteri non homologus, ſed duorum vaſallus homologus nemo eſſe poteſt. *d. t.* 2. F. 99.

23. Intuitu externæ formæ vel eſt proprium ſive rectum 2. F. 33. *de conſuet. rect. feud.* & non rectum ſive impropriū & degenerans 2. F. 48. *de feud. non habent. propr feud. nat.* Rectum eſt quod propriam habet feudi naturam, quod non recedit à tenore iuris feudalis 2. F. 48 *de feud non hab.* 1. F. 7. *de nat. feud.* quod habet communem feudi rationem 2. F. 2. *in fin quid ſit inveſt.* quod proprio feudi iure cenſetur 1. F. 1. *in fin de his qui feud dar poſſ.*

24. Eſt autem natura recti feudi ut ex benevolentia detur 2. F. 23. *in quib. cauſ. feud.* ut amore & honore domini adquiratur 1. F. 27. *de feud. dat.* ut non tranſeat ad fœminas 2. F 11. *de ſucc. frat.* 2. F. 34. *de leg. Corr.* §. *ſimiliter ibi de ſolis maſculis.* ut perpetuum concedatur *d. t.* 2. F. 23. ut adſcendentes non ſuccedant 2. F. 50. *de nat. ſucc feud.* ut res ſint ſoli aut ſolo cohærentes, aut quæ inter immobilia connumerentur 2. F. 1. *de feud. cogn.* ut conſtituatur inveſtiturâ 1. F. 25. *quib. mod. feud conſtit. poſſ.* ut proprietas penes dantem remaneat: uſusfructus ad accipientem tranſeat *d. t.* 2. F. 23. *in fin.* ut ſervitia præſtentur domino *eod.* ut ſine culpa feudum non amittatur 1. F. 21. *de feud. ſine culp. non amittend.* 1. F. 7. *de nat. feud.* ut ſine conſenſu domini & agnatorum, quorum intereſt, non alienetur 2. F. 55 *de prohib alien feud. &c.*

25. Degenerans feudum vocāt in quo aliquis tenor ſivè pactum præter communem feudi rationē in inveſtitura à domino intervenit 2. F 2. §. *fin. quid ſit inveſt.* ſivè in quo naturalis qualitas feudi aliquo modo ex ipſa juris feudalis diſpoſitione ſpeciali pacto vel ſtatuto immutata eſt 2. F. 50. *de nat. ſucc. feud.* 1. F. 14. §. *fin. de feud. March.*

26. Hujus generis ſunt feudum Guardiæ, quod eſt feudum perſonale & conceditur nomine guardiæ h. e. cuſtodiæ & Gaſtaldiæ quod datur nomine gubernationis. 1. F. 2. *de feud. guard.*

27. Item feudum de Camera, quando ex arca domini certū ſalarium ſolvitur. Et de Cavena quādo vaſallo ex horreo vel cella domini datur ſtipen-

ſtipendium 2. F. 1. 2. F. 58. *de not. feud.* Feudum ſoldatæ. Eſt autem ſoldata præſtatio quædam annua gratuita, in ſolidorum donatione plerumque conſiſtens 2. F. 10 *in fin. quis dic. dux.*

28. De omnibus feudis improprijs generaliter obſervari convenit, illa eatenus tantùm impropria eſſe, quatenus improprietas pacto vel ipſa re eſt expreſſa. In reliquis verò omnibus propria manere & communibus feudorum regulis nihilominus ſubjacere 2. F. 48. *de feud. non hab.*

29. Hinc fit, ut quandoque feudum concedatur zu wahren rechten lehen/ quod tamē revera improprium eſt: proprium verò appellatur reſpectu illarum qualitatum, quæ expreſsâ conventione non ſunt mutatæ 2. F. 2. §. *fin.*

30. Sunt & aliæ feudi diviſiones (ut in feudum Hereditarium & ex Pacto & Providentia, in feudum Francum, Emptitium, Pignoratitium, vulgò pfandlehen/ Conditionatum, &c.) quas perſequi non eſt mei inſtitut, nec unius diſputationis, præcedentes igitur poſuiſſe contentus ero *arg. l. ita 51. in fin ad L. Aquil.*

31. Feudum dare poſſunt omnes cujuſcunque ſexus ſint 2. F. 3. *per quos fiat inveſt.* tàm Clerici ut ſunt Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, Abbatiſſa, Præpoſitus, ſi antiquitus conſuetudo eorum fuerit, feudum dare 1. F. 1. *in princ.* quàm Laici ut Imperator, Dux, Marchio, Comes, &c. *d. t.* 1. F. 1. modo legitimè ſuorum bonorum adminiſtrationem habent *l. in re 21. C. mand.* qui enim qualibet ratione aliquid de ſuis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit inveſtituram facere *d. t.* 2. F. 3. *in princ.*

32. Nam qui dominorum loco tantùm habentur, ut procurator *l. procurator 63. de proc.* tutor, curator *l. tutor 27. de adminiſt. tut. l. qui fundum 7. §. ſi tutor 3. pro empt. tot. tit. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur.* feudum in iis rebus, quarum adminiſtratio illis commiſſa eſt, conſtituere nō poſſunt. *l. omni 16. C. de admin. tut.*

33. Accipere poſſunt feuda omnes quicunq; ñ. prohibentur *arg. l. mutus 43. § 1. de procurat.* cuiuſcunq; ſunt ſexus, 1. F. 8. *de ſucc. feud.* 2. F. 17. *de eo qui ſib.* 2. F. 40. *de feud. fœm. l. quæritur 10. de ſtat. homin.* ætatis, 2. F. 26. § *ſi minori 11. ſi de feud. defunct.* 2. F. 55. §. 1. *ibi vel alium pro ſe de prohibit. feud. alien per Frid. l. pupillus 11. ff de A. R. D. l. obligari 9 de aut. tut.* conditionis, 2. F. 3. §. 1. *in perſonam,* ordinis, 2. F. 40. *de cap. Cor. c. ex tranſmiſſa 6. de for. compet* qualitatis, ſanus an inſanus 2. F. 36. *an mutus vel alias imperfectus arg. l. in re 21. C. mand. l. qui ſum 19. de R. I.*

34 Nec

34. Nec refert, utrùm pater familias ſit an filiusfamilias, qui feudum accipit. Sed an hoc caſu uſusfructus feudi adquiratur patri an ipſi filio quæſitum eſt? Filio adquiri existimo: vel quia uſusfructus feudi ad accipientem debet tranſire? 2. F. 23. *circ. fin. in quib. cauſ.* vel quia in feudis aſcendentes nō ſuccedunt? 2. F. 50. *de nat. ſucc feud.* Pater a. eſt aſcendens N. 118. c. 2. vel quia caſtrenſis peculii iure feuda cēſentur, dantur enim ob militaria ſervitia? 1. F. 1. §. 2. 2. F. 52. & 55. §. 1. At caſtrenſis peculii uſumfructum pater non habet *l. cum oportet* 6. ibi exceptis caſtrenſibus peculiis C. *de bon. quæ lib. E. nec feudi* 2. F. 1. *de feud. cogn.*

35. Feudum conſiſtit nō niſi in rebus ſoli aut ſolo cohærentibus aut in iis quæ inter immobilia connumerantur 2. F. 1. *de feud cogn.*

36. Dico in rebus ſoli: ſive verè propriæ ſunt, ut allodium 2. F. 54. *in fin. de allod. d. l. in re* 21. C. *mand.* vel quaſi, ut feudum quod tam domini quam vaſalli contemplatione rem quaſi propriam voco: Illius propter proprietatem quam retinet 2. F. 23 *circ. fin.* Huius propter uſumfructum quem à feudo conſequitur *d. t.* 2. F. 23. *circ. fin.* nam uſufructuarius quoq; appellatione domini continetur *l. in venditionem* 8. *de reb aut. iud poſſ.* Uſusfructus pars dominii eſt *l uſusfructus* 4. *de uſufr.* & pars fundi *l. qui uſumfructum* 58. *in princ. de V. O. l. cum filius* 76. §. 2. *in fin. de leg.* 2. quippe quod omnis rei fructus ad uſufructuarium pertineat *l. uſufruct.* 7. *de uſufruct.*

37. Item in rebus alienis feudum conſtitui poteſt 2. F. 8. *de inveſt. de re alien. fact,* quia is qui inveſtituram facit non dominium 2. F. 8. § *fin.* ſed poſſeſſionem tantùm feudi transferre compellitur 2. F. 26. §. *ſi facta* 14. *ſi de feud. defunct.* Dominium rei alienæ transferri non poteſt *l. nemo* 54. *de R. I. l. traditio* 20. *de A. R. D.* poſſeſſio poteſt *l. ratio* 3. *de act. empt.*

38. Unde rem alienam diſtrahere quem poſſe, nulla dubitatio eſt, ſed res auferri poteſt emptori *l. rem alienam* 28. *de contrah. empt.* quam poſſeſſionem ſi quis iure avocaverit, tradita non intelligitur *d. l.* 3. *de act. empt.* & hoc caſu ſi res evincatur, emptor de evictione agere poteſt *l* 1. *de evict.*

39. Poteſt & vaſallus, nec diſtinguitur ſciens an ignorans quis inveſtituram fecerit 2. F. 8. *in princ. de inveſt de re alien. fact.* Illud diſtinguitur utrùm ſcienti an ignoranti facta ſit inveſtitura: Ignorans de evictione rectè agit, ut aliud feudum eiuſdem bonitatis ſeu quantitatis ſibi præſtetur; Sciens non item: niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit h. e. niſi à domino evictionem ſtipulatus fuerit *d. t.* 2. F. 8. *in princ.*

40. Nec non in rebus communibus 2. F. 58. §. *item* 2. *de not feud.* quia res communes ante acceptum iudicium familiæ erciſcundæ vel cōmuni dividundo quovis modo alienari poſſunt *l. portionem* 12. *D. de donat. l. falſo* 3. C.

ſo 3. C. de commun. rer. alien. Poſt iudicium acceptum alienationes ſunt interdictæ *l. alienationes 13. famil. erciſc.*

41. Verum enimverò cum communio diſcordias plerumque & immenſas contentiones excitare ſoleat *l. cum pater 77. §. dulciſſimis 20. de leg. 2. l. inre 16. de ſervit. urb. præd.* naturaleq; vitium ſit negligi quod communiter poſſidetur: utque ſe nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur: denique ſuam quoque partem corrumpi patiatur dum invidet alienæ *l. 2. ibi naturale quippe vilium C. quando & quib. quart. pars deb.* Vaſallus ad diviſionem provocare poteſt, quoniam nemo invitus in communione manere cogitur *l. fin. C. commun. divid.* cum & aliâs vaſallus ſive agat ſive conveniatur firmum erit iudicium *2. F, 26. §. ſi vaſallus 22. ſi de feud. defunct.*

42. Deniq; conſiſtit feudum & in ſecularibus & eccleſiaſticis rebus, modo hæ in feudum dari ſolitæ ſunt *2. F. 35.* vel ideo quia novi feudi inveſtitura eſt alienatio *2. F. 3. ibi qui enim qualibet ratione, per quas fiat inveſt.* alienari autem res eccleſiaſticæ nequeunt *c. nulli 5. de reb. eccleſ. non alien.* Itaqui à feudi inveſtitura non tam alienatio eſt quam prioris renovatio *d. 2. F. 3.*

43. Excipio titulos, qui ſunt prædia Clericis ad alimenta deſtinata: hæc enim in feudum dari non poſſunt *1. F. 6. Epiſc. vel Abbat.* quia proprio patrimonii jure ad Eccleſias pertinent: *d. t. c. nulli 5. de reb. ecc.*

44. De decimis hic meminiſſe oportet, eas poſt concilium Lateranenſe laicis in feudum dari non poſſe, *c. prohibemus cap. quamvis de dec. Levit. 27. v. 30. c. Eccleſias 13. q. 1.* ſi tamen ante dictum concilium laicus decimas poſſederit, illas retinere poteſt *arg. l. leges 7. C. de leg.* Hodie paſſim à laicis decimæ poſſidentur non modo titulo feudi, ſed etiam allodii, jure an injuria? poſſidens perpendat *ob Lev. 17. v. 30. Num. 18. v. 20. & ſeqq. Deut. 24. v. 19. & ſeqq. c. Eccleſias. verſ. his ita reſpondetur 13. q. 1. c. nulli liceat 12. q. 2. c ſemel 51. de R. I. in 6. §. ſacra 8. I. de R. D.*

45. Inter immobilia connumerantur jura incorporalia, ut ſunt regalia *2. F. 56. quæ ſint regal.* ſervitutes, juriſdictio, annui reditus *l. fin. §. præterea 2. C. de jur. dot.*

46. Res mobiles nõ poſſunt in feudum dari *2. F. 1. de feud. cogn.* an quia non ſunt perpetuæ ſed ipſo uſu conſumuntur? *§. 2. Inſt. de uſufr. tt. ff. de uſufruct. ear. rer. quæ uſu conſ.* Vaſallus autem re perpetuò frui debet & quidem ſalvâ ejus ſubſtantiâ. *2. F. 23. circ. fin. in quib. cauſ. feud. 2. F. 8. §. fin. de inveſt. de re alien. fact.* An quia proprietas penes dominum remanere debet & uſusfructus ad vaſallum tranſire? *d. 2. F. 23.* rei verò mobilis proprietas ab uſufructu ſeparationem non recipit *§. 1. I. de uſufr.*

47. Uti nec res, quarum non eſt commercium §. *nullius 7. & ſeqq. Inſt. de R. D.*

48. Omnes deniq; res, quarum alienatio prohibita eſt, 2 F. 3. §. 1. *per quos fiat inveſt.* ſive à lege ut fundi dotalis § 1. *I quib. al en l c. vel non*, ſive conſuetudine *arg l. de quibus* 32. *de LL.* ſive à teſtatore *Nov. 22. c. 2. ibi ut quiſque.*

49. Antequam ad alia accedo, inveſtigare lubet, an feudum ab alio poſſeſſum, & nondum acquiſitum, tertio alicui concedi queat, in eum caſum, quo feudum illud fiat caducum? Jure quidem Civili non licet paciſci de hereditate viventis, niſi eo conſentiente, & in eo conſenſu ad extremum ſuæ vitæ ſpatium perſeverante, *l. fin. C. de pact.* quia inducit votum captandæ mortis: quin etiam improbus exiſtimatur, qui ſollicitus eſt de vivi hereditate *l 2. §. interdum 3. de vulg. & pup. ſubſt.* & caſum adverſamq; fortunam liberi hominis expectare, neque civile, neque naturale eſt *l. inter* 83 §. *ſacram. 5. de V. O.* Accedit, quòd huiuſmodi paciſcentes indignos ſe reddant hereditate, dum adverſus bonos mores, & ius gentiū feſtinant *l. donari* 29. §. *fin. de don. l.* 2. §. *fin. de his qui ut indign.*

50. Idem dicendū eſſe videbatur in rebus feudalibus, propter identitatem rationis *l. illud* 32. *ad L. Aquil* apparet enim, & hîc paciſcentē inhiare rebus viventis, eiusq; mortem expectare, ut feudum conſequatur, quæ res odioſa eſt, & libero homine indigna *d. l. inter* 83. §. 5. *de V. O.*

Cæterum contraria ſententia iure feudali prævaluit, 1. F. 9. *qui ſucc. ten.* 2. F. 26. *moribus* 2. *ſi de feud. defunct.* & in hac quæſtione tres concluſiones apud Interpp. reperio.

52. Prima eſt: ſi alteri feudum viventis datur in perniciem & detrimentum eius, ut ſcilicet ab eo auferatur, nullius momenti eſt talis datio, 1. F. 27. *de feud. dat.* quia dominus non poteſt vaſallum ſine culpa deveſtire 1. F. 7. *de nat. feud.* 1. F. 21. *de feud. ſine culp. & amitt.*

53. Altera eſt: ſi incertæ perſonæ conceſſio feudi fiat, ut ſi dominus dicat: Inveſtio te primo feudo, quod mihi domino apertum fuerit, tenet conceſſio, ceſſat enim hîc ratio *l. fin. C. de pact.* Et hoc feudum vernaculâ noſtrâ dicitur ein Irnſehen.

54. Tertia eſt: ſi ſub conditione, ſcilicet ſi vaſallus abſque legitimis heredibus maſculis moriatur, feudum viventis concedatur, hæc datio valet, nec cōſenſus vaſalli hoc caſu requiritur, quia nihil damni inde ſentit, cum domino ſive heredi ſuo feudū apertū fuerit *d. t.* 2. F. 26. §. *moribus.*

55. Unde conſtat hoc pactum non eſſe de hereditate viventis, ſed de iure domini, quod, mortuo vaſallo, ad eum revertitur 1. F. 13. *circ. fin. de alien. feud.*

56. Nec

56. Nec mirum: quia & jure civili uſusfructus uni conſtitutus, cedi à proprietario, legariq; alteri poſt prioris mortem poteſt *l ſi dominus* 72. *de uſufr.* Item Res uni locata, locari alteri ante prioris locationis exactum tempus poteſt *l nec cui* 32. *C. de locat.*

57. Quid ſi ita ſub coditione investitus, ante vaſallum poſſeſſorem moriatur, num hanc ſpem ad hæredes tranſmittit? Sic autumo *arg § pen. Inſt. de inut. ſtip § ſub conditione* 4. *v. ex conditionali Inſt. de V.O. l. veteris* 13. *C. de contrah. ſtip. l ſpem* 3. *C. de don.*

58. Conſtituitur feudum inveſtiturâ 1. F. 25. *quib. mod. feud. conſt. poteſt.* Cui cauſam quidem dare poteſt iuſtus titulus, cuiuſmodi eſt donatio, 2 F. 23. *in quib. cauſ. ibi beneficium*, emptio, venditio 1. F. 1. *in fin.* 1. F. 20. *de benef. fratr.* cambium 1. F. 4. §. *cum autem* 2. *ſi de inveſt. feud.* 2. F. 25. *ſi de feud. vaſall.* 1. F. 22. § *ſi quis quo temp. mil.* attamen non per hos modos, ſed ſolum per inveſtituram feudum eſt, & res in feudum deberi incipit *d. t.* 2. F. 25.

59. Inveſtitura quæ alibi inveſtitio dicitur 1. F. 26. *v. teſtes.* 1. F. 28. *de eiſ Mrdional.* eſt ceſſio feudi, eaq; propria vel abuſiva. Illa dicitur poſſeſſio rei feudalis: hæc eſt ritus, quo vaſallo haſta, enſis, vel aliud corporeum quid porrigitur à domino feudi, ſe inveſtituram facere dicente 2. F 2. *quid ſit in veſt.*

60. Fit inveſtitura aut de veteri beneficio, aut de novo 2. F. 3. *per quos fiat in veſt.*

61. Veteris beneficij inveſtitura eſt, quæ fit à Domini ſucceſſore, vaſallo ſucceſſori 2. F. 32. *qui teſt. ſunt neceſſ.*

62. Novi non rectè fit ab alio, niſi ab eo qui legitimè ſuorum bonorum adminiſtrationem habet *d. t.* 2. F. 3.

63. Utramq; inveſtituram facit dominus immediate proximus, non domini dominus 2. F 55. §. *inſuper* 2. *v. illud, de prohib feud. alien. per Frid.* idq; per ſe, vel per alium 2. F. 3. §. *ſed utrum.*

64. Eandem & vaſallus ſuſcipere poteſt, per ſe, vel per alium, puta nuncium, & ſimiles *d. t.* 2. F. 3. 2. F 58. §. *Item ſciendum* 2. *d. not. feud.*

65. Novi feudi inveſtitura ſive propria ſit, ſive abuſiva fieri debet, coram paribus curiæ, h. e. convaſallis 2. F. 2. *quid ſit inveſt.* nam ſine paribus facta non valet 2. F. 33. *v. nec dicatur de conſuet. recti. feud.* 2. F. 32. *in fin. qui teſt. ſunt neceſſ.*

66 Ratio eſt; ne quid falſitatis excogitetur, in perniciem domini, alijs teſtibus adductis, corruptis forte pecunia, vel odio, vel gratia, quæ non ſunt ſuſpicanda & timenda in paribus 2. F. 58. § 2. *v. idcirco de not. feud.*

67. Quid ſi pares tempore inveſtitionis adfuerint? quid ſi dominus pares non habeat? His caſibus etiam extranei ſunt recipiendi, ne veritas occultetur 1. F. 26. *V. teſtes.* liberi tamen, idonei, & meliores qui haberi poſſunt, duo ad minimum: pluralis enim locutio duorũ numero contenta eſt 2. F. 58. §. 1. *de not. feud. l. ubi* 2. *de teſt.*

68. Quid denique ſi vaſallus offerat eos teſtes qui tempore inveſtituræ pares erant, ſed poſtea qualiber ex cauſa, pares eſſe deſierunt: an ideò ſint removendi, quia nunc non ſunt pares? Videtur ſufficere eos tempore inveſtituræ ſaltem pares fuiſſe. Quid enim peccavit qui inveſtituram accepit, ſi illi, quos eo tempore ut pote idoneos adhibuit, poſtea pares eſſe deſierunt? 2. F. 19. *an remov. deb. teſt.*

69. Sic in teſtamento conditionem teſtium tunc inſpicimus, cum ſignarent, nõ mortis tempore, ſi igitur tunc, cum ſignarent, tales fuerint, ut adhiberi poſſunt, nihil nocet, ſi quid poſtea eis contigerit *l. ad teſtium* 22. § 1. *qui teſtam. fac. poſſ.*

70. In antiquo feudo etiam extranei ad teſtimonium recipiuntur 2. F. 32. *qui ſunt teſt. neceſſ.* quia non tam eſt nova inveſtitura, quam veteris integratio, unde tam exacta & curioſa probatio non requiritur *arg.* 2. F. 3. *in princ per quos feud. inveſt.*

71. Et hinc patet, inveſtituram quandoque non conſtituendi vel adquirendi feudi cauſa intervenire 2. F. 25. 2. F. I. *in fin. de feud. cogn.* ſed ut feudum per ſucceſſionem adquiſitum renovet, confirmet 2. F. 55. *v. praterea, de prohib. feud. alien. per Frid.* 2. F. 24. *in princ. qui fuit prim. cauſ. ben. amittend.*

72. At quorſum renovatio feudi? forſan ne domini ius ambiguum reddatur, & vetuſtate tẽporis aut ignorantia vaſalli obſcuretur, vel ne vaſallus ingratus exiſtat, fidelitatem non pollicendo 2. F. 24. *in princ. quæ fuit prim. cauſ.* fidelitas enim à defuncto præſtita, ipſius perſonam non tranſgreditur 2. F. 40. *de cap. Corr.*

73. Renovatio autem per inveſtituram, ſub eadem formâ & eodem pacto fieri debet, quo prima inveſtitura facta fuit, nam hæc eſt baſis & fundamentum ſubſequentium omnium, attendiq; inprimis debet 2. F. 2. §. 2. *quid ſit inveſt.* cæteras ſequẽtes interpretatur, nec mutari, niſi omniũ, quorum intereſt, conſenſu poteſt 1. F. 7: *de nat. feud. & ſeq.*

74. Petenda eſt inveſtitura tàm in novo, quàm in veteri feudo 2. F. 3. *in princ. per quos feud. inveſt.*

75. In novo intra quod tempus petatur certò definitũ nõ eſt, ideoq; vaſallus expectare poteſt, donec à domino ad inveſtiturã accipiendam

citetur:

citetur: citatione facta, ut compareat & petitionem faciat oportet. Quod ſi ter admonitus, convenienti tempore interpoſito, ad curiam venire reclamaverit 2. F. 24. §. *eſt & alia 1. quæ fuit prim. cauſ.* hoc ipſo feudum amittit 2. F. 22. *de mil. vaſ. qui cont. eſt.*

76. In vere ei beneficio peti debet intra annum & diem poſt mortem domini, vel ejus cui ſucceditur 2. F. 55. *in fin. princip. d. t.* 2. F. 24. *in princ.* tranſacto enim hoc ſpatio, *d. t.* 2. F. 55. *in fin. princ.* à tempore ſcientiæ computando 2. F. 9. §. 1. *circ. med. ibi ex quo ſciverit. qual. olim feud. pot. alien.* niſi iuſta cauſa intervenerit 1. F. 22. *in princ. quo temp. mil.* h. e. ſi non doloſe per annum & diem ſteterit, quod à Domino ſui beneficii inveſtituram non petierit 2. F. 52. §. *fin. de prob feud. alien per Loth.* beneficiũ pdit *d. t.* 2. F. 40. *de c. Cor.*

77. Sed poteſtne pro inveſtitura, eiusq; renovatione dominus à vaſallo aliquid petere? Non poteſt, tùm quod feudum ex amore & honore domini adquirendum ſit, non ſub prætextu pecuniæ 1. F. 27. *de feud. dat.* tum quod feudum ſit beneficium 2. F. 23. *in quib. cauſ. feud.* cui nihil tam contrarium quam merces *l.* 1. §. *fin. ff. mand.*

78. Quamvis enim & in gratuitis honor, munus, ſalarium, & remunerandi intervenire interdum poſſit *l. Titius* 3. *de obſeq. par. & patron. præſt.* ut in mandato *l. ſi remunerandi* 6. *& ſeq. ff. mand.* in depoſito *l.* 2. §. *ſi in re* 24. *vi bonorum* in menſore *l.* 1. *ſi menſ. falſ. mod. dix.* tamen hæc honeſte peti non poſſunt, quædam enim tametſi honeſtè accipiuntur, inhoneſte tamen petuntur, ut reſpondet letus *in l.* 1. §. *perinde* 5. *in fin. de extraord. cogn.*

79. Sed hæc ita: niſi conſuetudine vel generali, vel ſpeciali, in provincia, vel curia feudali, vel in individuo alicuius feudi, aliud ſit receptum 2. F. 1. *ibi ſecundum diverſorum locorum aut curiarum mores de feud. cogn.* vel niſi nominatim aliud convenit, nam hoc ſervabitur, quod initiò convenit, legem enim contractus dedit *l. contractus* 23. *de R. I.* 2. F. 2. §. *fin. ibi per pactum ſpeciale, quid ſit inveſt.*

80. Sicut autem aliis negotiis & contractibus *l. iuriſgentium* 7. §. 1. 2. *& 1. de pact. l. in bonæfidei* 13. *l. petens* 27. *C. eod. l. lecta* 40. *ſi cert. petat.* rerumq; traditionibus *l. legem* 10. *C. de pact. l. in traditionibus* 48. *ff. eod.* ſic quoque inveſtituræ feudi, pacta adjici ſolent 2. *Feud.* 2. §. *fin. quod ſit inveſt.* 1. *Feud.* 8. §. *fin. de ſucc. feud.* 2. *Feud.* 18. *de duob. fratr.* 1. *Feud.* 6. §. *penult. Epiſcop. vel Abbat.* eaque ſervanda ſunt *d. l. contractus* 23. *de Reg. Iur.* modo non ſunt contra pietatem honeſtatem, & ut generaliter dicam, contra bonos mores *l. filius* 15. *de condit. inſtit. l. pacta* 6. *C. de pact.*

81. Quid ſi pacta turpia & illicita inveſtituræ adjiciantur vitiabiturne quod actum eſt, an pro non adjectis habebuntur? *argum.* §. *impoſſibilis*

10. *de hered. instit* Quod actum eſt vitiari puto *arg.* § *ſi impoſſibilis* 10. *de inutil ſtip. l. non ſolum* 31. *de obligat. & act.*

82 Pactorum quædam ſubſtantiam inveſtituræ concernunt, quædam ejus accidentia, ſive, ut Papinianus vocat, adminicula *l. pacta* 72. *de contrah. empt.* Illa immutabilia: Hæc mutabilia ſunt.

83. Pacta contra ſubſtantiam feudi appoſita, nullius momenti ſunt, *l. generaliter* 26. *de Verb. Oblig.* veluti ſi conveniat, ne fides præſtetur, hoc enim ad malitiam invitaret, quibus indulgendum non eſt *l. in fundo* 38. *de R. V.*

84. Cæterum pacta circa adminicula feudi facta, valent, licet ſint contra feudi conſuetudinem, 2. F. 2. §. *fin. quid ſit inveſt.* ut ſunt pacta de ſucceſſione filiarum, 1. F. 8. §. *fin. de ſucc. feud.* 2. F 2. §. *fin. quid ſit inveſt.* de alienatione, 1. F. 13. *de alien. feud.* 2. F. 48. *de feud. non hab. prop.* de non præſtando fidelitatis iuramento 2. F. 24. §. 1. *in fin. quæ fuit prim. cauſ. &c.*

85. De pacto legis commiſſoriæ, an in feudis valeat, diverſæ extant Gerhardi & Oberti ſententiæ. Ille negat, hoc valere: 1. F. 27. *in princ. de feud. dat.* Contra hic adfirmat 2. F. 15. §. *pen. de capit. qui cur.* Gerhardi opinio hac ratione mihi videtur: quod feudum hoc caſu ſub prætextu pecuniæ adquireretur, cum potius amore & honore domini ſit adquirendũ *d. t.* 1 F. 27. cui opitulatur *l. fin. C. de pact. piger.*

86. Quid ſi pactiones ſint obſcuræ vel ambiguæ, utri nocere debent, dominone an vaſallo? Domino reor, utpote in cujus poteſtate fuit, in conſtitutione feudi, legem apertiùs conſcribere *l. veteribus* 39. *de pact. l. fin. C. de pact. inter empt.* quin etiam in dubiis interpretatio pro liberatione facienda eſt *l. Arrianus* 47. *de O. & A.* 2. F. 28. §. 1. *hic fin. lex.*

87. Si nullum pactum interpoſitum eſt, communes feudi conſuetudines, communem feudi rationem, ſequimur 2. *Feud.* 2. §. *fin. quid ſit inveſt.*

88. Inveſtituram excipit fidelitas ſive fides, quæ annexa ei fructui rei immobilis, cônſtituit formam & eſſentiam feudi 2. *Feud.* 3. *in fin. per quos fiat inveſtit.* Quæ fides, utpote ſubſtantia feudi, pacto tolli nequit *l. cum precario* 12. *de precar.* licet iuramentum fidelitatis remitti queat 2. F. 24. §. 1. *in fin. quæ fuit. prim. cauſ.*

89. Hic cecidit in quæſtionem, ſi plures ſunt vaſalli defuncti heredes, utrùm omnes & ſinguli fidelitatis iuramentum præſtare teneantur? Deinde an omnibus & ſingulis domini heredibus, iuramentum ſit præſtandum, ab iiſque inveſtitura petenda? Prius ajo per *c. un.* 2. F. 26.

§ *omnes* 7. *ſi d. feud. defunct.* Poſterius nego: quia vaſallus cogi non poteſt, ut in uno feudo, plures dominos habeat 2. F. 55. §. *firmiter* 1. *in fin. de prohib. feud. alien. per Frid.*

90. Poſſunt tamen priori caſu, unum eligere, & illi committere, ut omnium nomine petat inveſtituram, & aliorum nomine præſtet iuramentum fidelitatis, qui vocatur Lehenträger/ nec abſonum hoc: cùm & per procuratorem feuda dari & accipi queant 2. *Feud.* 3. §. 1. *v. ſed utrum per quos fiat inveſt.* In ducatu Brunovicenſi ſenior vaſallus & inveſtituram petere, & aliorum nomine iuramentum præſtare conſuevit, ita tamen, ut à cæteris ſuis agnatis, ſpeciale ad id mandatum exhibeat *Vid. Hart. Hartman.* 2. *obſer pract.* 20.

91. Hactenus de conſtitutione feudi. nunc de eiuſdem adquiſitione, diſpiciamus.

92. Adquiritur feudum conſtitutum tribus potiſſimum modis, 1. inveſtitura 2. præſcriptione. 3 ſucceſſione.

93. Inveſtitura: nam ſi res verè & realiter per inveſtituram traditur, utique per eandem inveſtituram, vaſallus feudum adquirit 2. F. 8. §. 1. *de inveſt. de re alien. fact.* Et hoc reſpectu feudum quoque inveſtiturâ adquiri dicitur.

94. Sin imaginaria fiat traditio, ſive inveſtitura abuſiva, per hanc feudum quidem conſtitutum erit: at nondum adquiſitum, ſed dominus poſſeſſionem feudi, de quo inveſtituram fecit, tradere compellendus eſt 2. *Feud.* 26. § *ſi facta* 14. *ſi de feud. defunct.* De quo modo cum ſupra pluribus actum ſit, ea hic cum tædio non repetam, ſed protinus alterum aggrediar.

95. Alter modus eſt præſcriptio, ex qua manat præſumpta inveſtitura, per quam, feudum ut conſtitutum, adquiritur: ſi quis enim rem alienam, per 30. continuos annos, ut feudum, bona fide poſſederit & ſervitium præſtiterit, quamvis à vero domino non ſit inveſtitus, præſcriptione ius feudi adquirit 2. F. 87. *an præſcript. feud. adquir.* 2. F. 33. *in princ. de contr. vel feud.*

96. Jus feudi inquá: Nam rem in feudum datam, vaſallus non præſcribit, uti nec fructuarius rem in uſumfructum conceſſam: Uterq; enim non ſibi, ſed alii poſſidet *l.* 2. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. l. generaliter* 9. *l.* 3. §. *ceterum* 11. §. *illud* 19. *l. ſi id* 25 §. 1. *l. qui bona f.* 19, §. 1 *de acquir. poſſ.* Deinde uterq; eſt in mala fide, ſcit enim rem alienam eſſe *l. bona f.* 109. *de V. S. l. fin. C. unde vi.* Malæ autem fidei poſſeſſor ullo tempore non præſcribit *c. poſſeſſor* 2. *de R. I. in* 6.

97. Quem-

97. Quemadmodum autem vaſallus non poteſt præſcribere rem: ita nec Dominus libertatem feudi, ob ſervitium non exhibitum, contra vaſallum poſſidentem præſcribere poteſt 1. F. 35. §. *fin. an ille qui interf. frat.* 2. F. 26. §. *licet.* 16. *ſi de feud. defunct.*

98. Ecquid is cui vaſallus feudum alienavit præſcribere poteſt? Non poteſt: quia lex inhibet præſcriptionem 2. F. 55. *de prohibit. feud. alien. per Frid.* ubi autem lex inhibet præſcriptionem, vel uſucapionem, bona fides poſſidenti nihil prodeſt *l. ubi* 24. *de uſurp. & uſuc. l. alienationis* 28. *d. V. S.*

99. Quid ergo ſi feudum à vaſallo alienatum, Dominus revocare velit, an præſcriptione 30. vel 40. ann. ſum moveri poterit? Verius videbitur, non poſſe, per textum. 2. F. 55. *ibi nullius temporis præſcriptione impediente de prohib. feud. alien. per Frid.* 2. F. 40. *ibi nulla obſtante præſcriptione de cap. Corr. arg. l. de pretio* 8. *de publ. in rem act.*

100. Tertius modus feudi adquirendi eſt ſucceſſio 1. F. 1. *in fin. de feud. cogn.* 2. F. 33. *in princ. de conſuet r ecl. feud.* quæ jure civili fit, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato §. *fin. I. per quas perſ. nob.*

101. Jure feudali, neq; ex teſtamento regulariter eſt ſucceſſio, quoniam de feudis, utpote rebus alienis in teſtamento nulla poteſt fieri ordinatio 1. F. 8. *in fin. princ. de ſucc. feud. l. conficiuntur* 8. §. *ſi poteſt.* 3. *ibi de alienis ff. de jure Codic. l. teſtari* 13. *ibi de pecunia ſua C. de teſtam. l. verbis* 120. *de V. S.*

102. Neq; propriè ab inteſtato, nam inteſtatus proprie appellatur, qui cum poſſit teſtamentum facere, teſtatus non eſt *l.* 1. *ff. de ſuis & legit. hæred.* Atqui vaſallus de feudis teſtari non potuit. *d. t.* 1. F. 8. Ergo inteſtatus proprie dici nequit.

103. Conſequens eſt, ut dicamus, ſucceſſionem ab inteſtato in feudis impropriè fieri.

104. Præterea jure civili, triplex ordo eſt ſuccedendi: Deſcendentium: Adſcendentium: Collateralium *Nov.* 118 *c* 1. 2. 3.

105. In feudis deſcendentes & collaterales (intelligo agnatos, qui inter ſe quidem ex latere deſcendunt, tamen primo adquirenti in linea ſunt deſcendenti 2. F. 50. *de nat. feud. ſucc.*) ſolummodò ſuccedunt.

106. Cur non adſcendentes? quia natura ſucceſſionis feudi hoc non patitur 2. F. 50 *in princ.* quæ talis eſſe videtur, ut feudũ concedatur & accipiatur ꝑ ſe & liberis ſivè poſteris ſuis 2. F. 18. *de duob. frat. fratr. arg.* 2. F 84 *patr. in feud. filij non ſucc.* in quorum numero non ſunt parentes *d. t.* 2. F. 50. *in princ.*

107. In deſcendentium ordine, prima cauſa eſt liberorũ, filiis enim exiſtentibus maſculis, vel ex filio nepotibus, & deinceps per maſculinum ſexum deſcendentibus, cæteri removentur agnati 2. F. 55. *de ſucc. frat. vel grad. ſucc.*

108. Ratio

108. Ratio, quia ratio naturalis quaſi lex quædam tacita liberis parentum bona addicit, veluti ad debitam ſucceſſionem eos vocando *l. cum ratio 7 de bon. dam.* item naturæ ſimul & parentium commune votum, *l. ſcripto 7. §. fin. und. lib.* naturalisq; erga liberos caritas *l. nam etſi 15. de inoffic. teſtam.*

109. Verùm quando liberi non ſint unius generis: ſed alii naturales & legitimi : alii naturales tantum : alii legitimi tantum ; Alii denique legitimati. operæpretium eſt de ſingulis videre.

110. Liberi naturales & legitimi, qui ex iuſto matrimonio ſunt progeniti, ſive ſui ſunt ſive emancipati *Nov. 118. c. 4.* in infinitũ ſuccedunt, dummodo ex filio non etiam ex filia nati ſunt *d. t. 2. F. 50.* primi quidem gradus h.e filii æqualiter, quod in capita noſtræ leges appellant *Nov. 118. c. 3. in fin.* ulterioris gradus ut nepotes ex filio, in locum patris ſui ſuccedũt *1. F. 3. in princ. de ſucc. feud.* quod in ſtirpes vocãt *d. N. 118 c. 1.* ut quanticunq; fuerint tantam partem ex feudo accipiant, quantam eorum parens futurus eſſet accipere, ſi ſuperſtes foret *d. N. 118. c. 3 circ. med.*

111. Quid ſi vaſallus non relinquat liberos primi gradus, hoc eſt, filios cum liberis ulteriorumq; graduum concurrentes, ſed tantùm ulteriorum graduum, ut nepotes, pronepotes, &c. an nepotes, & pronepotes & ſic deinceps gradu proximiores, ulteriores ex eadem lineâ deſcendentes, excludunt? Nequaquam, quia ius repræſentationis, ut vocant, in linea deſcendenti in infinitum ſe extendit *§. cum filius 6. §. fin. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. def. l. fin. C de ſuis & legit. hered.* Atqui in feudis deſcendentes duntaxat vocantur *d. t. 2. F. 50. de nat. ſucc. feud.* E. in infinitum ſuccedent 2. F. 50.

112. Ex adverſo ad ſucceſſionem feudi non admittuntur 1. Liberi naturales tantum 2. F. 26. *§. naturales 10. ſi de feud. defunct.* ut ſunt nothi, qui ex concubina nati ſunt *Nov. 89. c. 12. auth. licet. C. de nat. lib.* ſpurii, quibus pater incertus eſt *§ pen. I. de nupt.* Inceſtuoſi, qui ex nefario aut inceſto ſive damnato complexu nati ſunt. *auth. ex complexu C. de inceſt. nupt.*

113. Secundò legitimi tantũ, ut adoptivi *d. t. 2. F. 26. §. adoptivus 8.* quia lege magis facti ſunt, quam natura *l. fideicommiſſum 76. de condit. & demonſt. l. fin. 51. § 1. de leg. 2.* nec verè cognati ſunt *l. 1. §. 1 ff. und. cogn. l. non facile 4. § 1. de grad.*

114. Tertiò legitimati ſive per ſubſequens matrimonium, ſive per reſcriptum principis, ſive per oblationem curiæ *§ fin. I. de nupt. Novell. 89.* poſtea fiant legitimi 2. F. 26. *§. naturales 10 ſi de feud. defunct. facit l. de pretio 8. de publ. in rem act.*

115. Quintò liberi ex matrimonio ad morganaticam contracto, h. e. tali pacto, ut feudum liberis primi matrimonii relinquatur, nec tranſeat ad liberos ſecundi, qui contenti eſſe coguntur morgengebâ, hoc eſt, donatione propter nuptias §. *eſt & aliud* 3. *l. de donat.* 2. *F.* 29. *de filiis nat. ex matr. ad morgan.*

116. Et licet talis conditio ratione improbetur; tamen ex conſuetudine, quæ in feudis dominatur, admittitur 2. F. 26. §. *filii nati* 15. *ſi de feud. defunct.* ne ſcilicet vaſallus prius matrimonium iniuria adficiat, ne memoriam prioris coniugis lædat, ſuperinductâ filio novercâ, eaq; plebeia, cum prior nobilis eſſet *d. t.* 2. F. 29. *de filiis nat.*

117. Quintò is qui Clericus efficitur, aut habitum religionis adſumit, quia qui factus eſt miles Chriſti, miles ſeculi eſſe deſinit 2. F. 21. *in fin. de vaſall. mil. d. tit.* 2. F. 26. §. *quis Clericus* 5. *ſi de feud. defunct.* Illud non ſatis expeditum eſt: utrum ſacrorum ordinum Equites, ut Hieroſolymitani, Rhodii, Teutonici, &c. feudorum capaces ſint? Haut eſſe cenſeo, niſi leges ordinum, & conſuetudo hoc permittat. *dict. tit.* 2. F. 21. *de vaſall. mil.*

119. Sextò, muti, ſurdi, cæci, claudi, vel aliter imperfecti (quia ſervitium, propter quod feudũ conceſſum eſt præſtare non poſſunt, 2. F. 36. *an mut. vel alia imperf.* 1. F. 6 *Epiſc. vel Abbat. l. in omnibus* 68. *de R. I.*

119. Septimò fœminæ: an quia præcipuum earum munus eſt accipere & tueri conceptum? *l. quæritur* 14. §. 1. *de ædil. edict.* non fungi officiis virilibus contra ſexus verecundiam? *l.* 1. §. *ſecundo.* 5. *de poſtul.* an quia ad hoc mulieres natura genuit, ut partus ederent, & maxima cupiditas iis in hoc conſtituta eſt? *l.* 2. *C. de indict. viduit.*

120. Denique vir & uxor, 1. F. 15. *an marit. ſucc. ux.* 2. F. 13. *de ſucc. frat.* ne feudum in alienam familiam tranſeat *argum. l. pronunciatio* 195. *in fin. de V. S.*

121. Deficientibus liberis, vocantur primo fratres, ſive utrinque, ſive ex uno tantùm latere coniuncti ſunt, dummodo eundem patrem habeant, graduum ſimiliter ſervatâ prærogativâ, & partium æqualitate, ita ut pares gradu pariter iure ſuo proprio in capita: Cum his verò fratrum præmortuorum filii, iure repræſentationis, in ſtirpes ſuccedant. 2. *Feudor.* 11. *de ſucc. feud. Nov.* 118. *c.* 3. Hæc autem accipe de feudo antiquo: aliud eſt in novo 1. F. 14. §. *final. de feud. March.* 1. F. 10. *de benef. frat.* 2. F. 12. *de fratrib.*

122. Quid ſi fratrum liberi ſoli & numero diſpares extent, utro modo fiet

do fiet ſucceſſio, in ſtirpes ne an in capita? Hoc magis probandum per *l. 2. de ſuis & legit. hered. l. 1. §. final. ſi pars hereditate petat.* & conſtitutionem Caroli V in Comitiis Spirenſibus anno 1529. promulgatam.

113. Poſt fratres fratrumque filios, agnati ulteriores in infinitum vocantur, ſi feudum ſit paternum 2. F. 50. *per tot.* 2. F. 11.

124. Utrùm autem proximitas ſive graduum prærogativa ex primo adquirente, an ex noviſſimè defuncto æſtimari debeat, videndum eſt. Ego puto ex utroque eam æſtimari poſſe. Ex noviſſime defuncto, ſi proximitatem lineæ ſpectamus 2. F. 50. *de nat. ſucc. feud. circ. fin.* Ex primo adquirente ſi gradus iſtus lineæ intuemur 1. *Feud.* 14. §. *ſi capitanei* 1. *de feud. Marchb.*

125. Tempeſtivum quoque hic eſt requirere, ex quo iure graduum computatio ſit facienda? & dicendum ex jure civili eam fieri debere 2. *Feud.* 37. *ibi eodem prorſus obſervando, an ille qui interf. frat.* 2. *Feud.* 1. *de feud. cogn.* 1. 1 *Feud.* 1. §. *hoc quoque* 4. *de his qui feud. unic.* c. *un.* 1. *Feud.* 8. *in princ. de ſucc. feud.*

126. Illud hic notandum: filium repudiatâ hereditate paternâ, feudum retinere non poſſe; ſed debere aut utrumque retinere, aut utrumque repudiare: Adgnatum vero poſſe 2. F. 45. *an adgn. vel fil. defunct.* 2. F. 51. §. *illud* 4. *de capitan. qui cur. vend.*

127. Et tantùm de proprii feudi ſucceſſione. In feudo improprio ſive degenerante pactum ſive tenor inveſtituræ ſpectari debet 2. F. 2. §. *fin. quid ſit inveſt.*

128 Ut in feudo fœmineo, in quo & filiæ ex pacto ſuccedunt 2. *Feud.* 50. *ibi, niſi ex pacto. de nat. ſucc. feud.* Nam donec maſculus ſupereſt, ex eo qui primus de hoc feudo fuerit inveſtitus, in feudi ſucceſſione non patet locus fœminæ 2. *Feud.* 17. *ibi non enim patet locus, de eo qui ſib. vel hered. ſuis maſculis & fœmin.* nec tamen fœmina per maſculos ſemel excluſa, perpetuò excluſa cenſebitur *dict. tit.* 2. *Feud.* 8. §. *final* *unic.* c. *unic.* 1. *Feud.* 6. §. *cum etiam* 1. *Epiſc. vel Abbat. adde l. ſive* 13. §. *aliud.* 2. *ibi ſed etſi maximè verba &c. ſ. demonſtrat.*

129. Hæc de feudi conſtituendi & adquirendi modis dixiſſe ſufficiat, modò videamus de iure feudi conſtituti ac adquiſiti.

130. Quod aut ratione domini, aut ratione vaſalli conſideratur.

131. Jus domini, quod habet in feudo, exigit 1. ut Vaſallus do-

 mino

mino ſuo fidē, reverentiam, taciturnitatem, in retinendis arcanis, ultrò & ſine admonitione, præſtet 2. F. 5. 6. *& 7. de nov. form. fidel.* 2. F. 21. *ibi Salv. rever. de milit. vaſall.*

132. Deinde ut domino petenti ſervire paratus ſit 2. F. 26. § *licet* 16. *ſi de feud. defunct.* per ſe vel per alium 2. F. 55. §. *firmiter* 1. *ibi vel alium pro ſe, de prohib. alien feud. per Frid. d. tit* 2. F. 26. §. *licet* 16. In cauſis honeſtis & licitis, 2. F. 6 *in verb. honeſtum de form fidel.* nam fides ad maleficia non extenditur. *l. iuriſgent.* 7. § *ſi ob maleficium* 3. *de pact.* ſed in malis promiſſis reſcinditur, *c. in malis.* 22. *q* 4 & in maleficiis patrocinium præſtare legibus, & ipſi naturæ adverſatur *l. per omnes* 6. C. *de defenſ. civit. l. filius* 15 *de condit. inſtit.*

133. Cuius verò ſumptibus ſervitia vaſallus præſtabit, non ſatis liquet. Si quid nominatim hac de re in inveſtitura convenit, hoc ſervabitur: vel ſi id non appareat, erit conſequens ut conſuetudinem regionis ſequamur. Quid ſi neque regionis mos appareat, quia varius eſt? domini ſumptibus ea præſtabit 2. F. 107. *ut vaſall dom. ſumpt.* vel ſi non vadat vaſallus cum domino, dimidium reditus feudi unius anni ſubminiſtrabit *d tit.* 2. F. 55. § *firmiter.*

134. Et quidem contra omnes, dominum defendere debet, excepto Imperatore vel Rege 2. F. 7. *de nov. form. fid.* & antiquiore domino 2. F. 28. §. *fin. hic fin. lex.*

135. Quid ſi non conſtet quis ſit antiquior dominus? Ei ſervitia præſtet qui priùs ea petierit *arg. leg.* 2. C. *qui pot. in pign. c qui prior* 54. *de reg. jur. in* 6.

136. An & contra patrem dominum juvabit? ſic ſcriptum eſt *d. tit.* 2. F. 28. §. *fin.*

137. Sed hæc ſententia mihi non probatur, quia repugnat juri divino: quod vult ut liberi parentes venerentur, quid? morte moriatur, qui patri maledixerit. *Exod.* 21. *v.* 16. naturali & gentium *l.* 2. *de juſt. & jur.* Civili *d. l. filius* 15. *de condit. inſt.* Canonico *c. fin. X. de conſuet.*

138. Porrò ſi antiquior dominus excipitur, ut excipitur *d. tit* 2. F. 28. § *fin.* multò magis pater excipiendus eſt, quia in hoc major ratio militat, quàm in illo. A patre habet vitam, rem inæſtimabilem *Iob.* 2. *v.* 4. *l. fin. ff. de his qui effud. vel dejec.* Ab antiquiore domino uſumfructum rei immobilis, qui æſtimari poteſt. 2. *Feud.* 23. *in fin in quibus cauſis feud. amitt l. ſi & rem* 22. *in fin. de petit. hered. l ſi ſervum* 33. *ibi non ex affectione. ff ad L. Aquil.* filius patri divino & naturali nexu copulatus eſt *l. fin.* C. *de adopt.* domino tantùm civili. *d. tit.* 2. F. 23. Civilia autem, naturalia corrumpere non poſſunt nec debent, §. *pen.* 1. *de. I. N. G. & C.* Quis ergo, non intelligit

con-

git conſuetudinem, hanc abſurdam eſſe, quæ ob unius aut alterius villæ vel caſtri, &c. commodum, vim naturæ, inferri permittit? Tutius igitur hoc caſu ſeſſe duco, ut filius feudum novum refutet *d. tit.* 2. F. 28. *de vaſall. qui cont. conſtit. not.* quam ut pietatem lędat. *d. l. filius de condit. inſtit.* Novum dico, nam vetus æquè amittit filius ac Pater ob feloniam à Patre comiſſam 2. F. 26. §. *ſi vaſall.* 17. *ſi de feud. defunct.* 2. *Feud.* 31. *ſi vaſall. feud. privat.*

139 Quid de magiſtratu ſentiendum, an & contra hunc, vaſallus Dominum juvabit? ſi verba captabis hoc adfirmare potes, nam non legitur exceptus in forma fidelitatis 2. F. 25. 2. F. 28. §. *fin.*

140. Verùm cum non oporteat verba captari, ſed qua mente quid dicatur animadvertere conveniat, *l. pen. ad exhib.* negativa ſententia verior eſt, ſiquidem magiſtratui reſiſtendum non eſt *Rom.* 13. cum communis ſit parens ſubditorum, eoſq; liberorum loco tueatur *l. in defenſoribus* 4. *C. de defenſ. civit.*

141. Deniq; vaſallus non debet ſacramentum calumniæ à domino exigere, nec dominum accuſare, vel teſtimonium contra eum reddere 2. F. 33. §. *in quibus* 1. *de conſuet. rect. feud.*

142. An ſine venia in jus dominum vocare poſſit vaſallus, controvertitur? Ego conſuetudinem loci, ſtylumq; curiæ hoc caſu ſpectandum eſſe arbitror, quæ quivè ſi non refragatur, quin poſſit, haut dubito *arg. l. de poeria* 8 *de publ. in rem act.*

143. Econtrariò non tenetur vaſallus dominum excommunicatum vel à rege bannitum, juvare, imo ſolutus eſt, interim ſacramento fidelitatis, donec ab Eccleſia vel rege fuerit reſtitutus 1. F. 28. *hic fin. lex. Vid. Gaill.* 2. *lib. de pac. publ. c.* 15.

144. Secundò non tenetur (puta jure, nam ratione miſerationis & æquitatis ſecus eſſe poteſt 2. F. 58. *in fin. pr. de not feud. arg. l. ſcripto* §. *fin. und. lib.*) dominum egentem alere: ære alieno obrutum liberare vel eo nomine carceri emancipatum, redimere 2. F. 26. §. *licet* 16. *v. unde quæſitum eſt ſimpto ab anima ad corpus.*

145. Jus vaſalli, in feudo hujuſmodi eſt. I. dominum evictionis nomine obligatum habet 2. F. 8. *in princ. de inveſtit. de re alien. fact.* nec ab eodem poteſt accuſari *de titul.* 2. F. 33. §. 1. *ibi quod quiſque juris*, *de conſuetud. rect. feud.* vel injuria adfici, quia inter dominum & vaſallum fides reciproca eſſe, nec ulla fraus vel malum ingenium intervenire debet 2. F. 51. §. *fin. de prohib. feud. alien. per Loth.*

146. Deinde quaſi dominiū & poſſeſſionem cōſequitur *d. tit.* 2. F. 1. §.

3. & fin. de inveſt. de re alien. 2. *Feud.* 45. *de controverſ. int. vaſ. & alium.* fructus omnes ſuos facit, 2 *Feud.* 40. *de cap. Cor.* 1. *Feud.* 28. §. *his conſequenter. hic fin lex.* meliorationes deducit, *d. jam tit.* §. *ſi vaſall.* 2. incrementa feudi obtinet, niſi dominus aliquid ſibi reſervaverit in ipſa curte i. e. prædio feudali 1. F. 4. §. *ſi quis* 5. *& ſeq. ſi de inveſt. feud. controverſ.*

147. Præterea habet facultatem ſubinſeudandi, 1. F. 3. §. 1. *ibi per feudum tamen cuilibet, per quos fiat inveſt.* 2. F. 26. §. *beneficium* 22. *ſi de feud. defunct.* his tamen tribus concurrentibus 1. ut æquali det. 2. F. 34. § *ſimiliter* 2. deinde ut eâdem conditione & lege det, qua accepit, *d. tit.* 2. F. 34. §. 2. 2. F. 48. *de feud. non hab.* 3. ut det ſincerè & ſine fraude: non in præjudicium domini vel adgnatorum 1. *Feud.* 9. *ibi ſive per feudum, qual. olim pot.* 2. F. 55. *v. callidis, de prohib. alien. feud. per Frid.*

148. Et ita facta ſubinfeudatio intuitu vaſalli, durat perpetuò: intuitu domini, quàm diu vaſallus vivit: diſſoluto enim jure datoris, diſſolvitur quoq; jus acceptoris, *l. lex* 31. *in fin. de pign.* niſi qui ſecundo loco beneficium acceperat, priori domino ſervire, & ab eo feudum recognoſcere velit. Hic enim feudum non amittit 2. F. 9. *in fin. princ. qual. olim pot.*

149. Poſtremò habet facultatem feudum refutandi, 2. *Feud.* 38. *de vaſ. qui cont. conſtit. Lot.* locādi *d. tit.* 2. *Feud.* 9. §. *donare* 1. *ibi licet poſſet locare l. non ſolut.* 39. *ff. locat.* dividendi, 2. F. 55. §. *firmiter* 1. *v praterea, de prohib. feud. alien. per Frid.* de eodem tranſigendi 2. F. 26. §. *ſi vaſallus* 22. *ſi de feud. defunct.* compromittendi. 2. F. 15. *de inveſt. in mar. fact.*

150. Ex adverſo, non licet vaſallo, ſine permiſſione domini, feudum totum vel partem aliquam vendere, vel pignorare vel quocunq; modo diſtrahere, vel alienare, vel pro anima judicare, 2. F. 55. *de prohib. feud. alien. per Frid.* donare 1 *Feud.* 9. §. 1. *qual. olim pot.* vel deniq; deteriorem feudi conditionem facere 1. *Feud.* 8. §. *è contrario i. v. meliorem namq;, de inveſt. de re alien. fact.*

151. Feudum legitimè adquiſitum non niſi juſta cauſa finitur & amittitur.

152. Amittitur regulariter, vel culpa vaſalli, vel finitur ſine culpa.

153. Sine culpa finitur 1. Clericatu ſive religionis ingreſſu, 2 F. 26. §. *qui clericus* 5. *ſi de feud. defunct.* 2. Refutatione 2. *Feud.* 38. *de vaſall. qui cont. conſtit. Lot.* 3. Vitio corporis 1. *Feud.* 6. §. *fin. Epiſcop. vel Abbat.* 2. *Feud.* 36. *an mut. vel alias imperf.* 4. Interitu rei, nam vaſallus reſpectu rei obligatur, extincta igitur re, extinguitur etiam obligatio *l. cum principalis* 178.

de R.

de R. I. 5. Morte, ſi vaſallus ſine hæredibus maſculis vel adgnatis deceda: 1. *Feud.* 13. *de alienat. feud.*

154. Culpa, ob quam vaſallus feudum amittit, aut in committendo, aut in omittendo conſiſtit

155. Quæ in committendo conſiſtit: perpetratur aut in dominum ipſum, veluti ſi eum interfecerit 2. *Feud.* 7. *ibi quod tu amittas vitam de nov. form. fidel.* ſi Dominum aſſalierit: vel vicum in quo eſt, per vim agreſſus fuerit: ſi impias manus in perſonam domini ubicunq; ingreſſerit: ſi alias graves vel inhoneſtas injurias intulerit: ſi vitæ ejus vel veneno vel gladio vel aliter inſidiatus fuerit: ſi delator domini extiterit, 2. *Feud.* 24. §. *item qui* 2. *quæ fuit prim. cauſ.* ſi cucurbitaverit dominum, id eſt, cum uxore ejus concubuerit, vel concumbere ſe exercuerit 1. *Feud.* 5. *quib. mod. feud. amitt.* ſi credentiam ad ſenioris damnum ſcienter manifeſtaverit 1. *Feud.* 17. *quib. mod. feud. amitt.* ſi dominum accuſaverit, vel teſtimonium contra eum reddiderit 2. *Feud.* 33. §. 1. *de conſuet. rect. feud.* ſi cum inimicis domini ſuas amicitias copulaverit: 2. *Feud.* 57. *quot teſt.* ſi ſciens feudum abnegaverit 2. *Feud.* 34. §. *final.* ſi alienaverit feudum ſine conſenſu Domini 2. *Feud.* 55. *de prohib. feud. alien. per Frid.* quoniam alienando dominum contemnere videtur *d. tit.* 2. *Feud.* 24. *in §. quæ fuit prim. cauſ.*

156. Aut in alium: puta ſi fratrem ſuum vel nepotem id eſt, filium fratris interfecerit *d. tit.* 1. *Feud.* 5. 2. *Feud.* 37. *an ille qui fratrem:* vel aliud grave crimen, quod parricidii nomine continetur, commiſerit 2. *Feud.* 24. §. *fin.* ſi domini vel dominæ filiæ vel nurui aut ſorori in domo adhuc manenti, quæ in capillo dicitur, ſe ſe immiſcuerit: his omnibus caſibus feudum quod tenebat, perdit *d. tit.* 2 *F. eud.* 24. §. 2. *quæ fuit prim. cauſ.*

157. In omittendo culpa conſiſtit, veluti ſi dominum ſuum in acie periclitantem dimiſerit: ſi ſervitium, propter quod beneficium datum fuerit, facere recuſaverit: ſi inveſtituram intra annum & diem non petierit: ſi juſtitiam facere neglexerit: ſi cognoverit dominum incluſum & eum, cum potuerit, non liberaverit 2. F. 24. ſi imminens periculum non denunciaverit 2. F 7. *de nov. form. fidel.* Prædictis modis beneficium debere amitti, tàm naturalis quàm civilis ratio ſuadet, quibus poſſunt omnes aliæ cauſæ addi, ob quas filius à patre exheredari: matrimonium diſſolvi: & donationes iure perfectæ revocari poſſunt *d. t.* 2. F. 24. §. 2. *prædictâ.*

158. Sed

158. Sed quia feudi amittendi cauſæ, certâ aliquâ regulâ aut rotundâ definitione comprehendi nequeunt 2. F. 23. ſiquidem natura novas deproperat edere formas *l. 2. §. ſed qui 18. C. de vet. iur. enunc.* & multis modis contingere poteſt, ut aliæ emergant cauſæ, quibus videatur juſtè adimi poſſe feudum. Ideoq; iudex ſolers & diſertus, & æquitati obſecundare ſolitus cuncta ſubtiliter depēſans provideat, ſi qua fuerit antiquioribus cauſis ſimilis ſeu major, ut ſciat utrum beneficium ſit amittendum an retinendum 2. F. 24. §. 2. *circ. fin.* dummodo meminerit promptiores non eſſe debere ad abſolvendum, quàm ad condemnandum 2. F. 28. §. 1. cui lepede conſentit *l. Arrianus* 47. *de O. & A.*

159. Poſtremò hic tenendum, quod ex iiſdem penè cauſis dominus proprietate privetur, ex quibus vaſallus feudo 2. F. 26. §. *domino* 23. *ſi de feud. defunct.* 2. F. 47. *qual. dom. prop feud. l.* 2. F 34. §. 1. *de l. Corr.* 2. F. 52. §. *final.* Et hinc eſt quod dominus appelletur conjux & amicus vaſalli 2. F. 58. *de not. feud.* item perfidus, periurus, malefidus, ſi fidem frangat 2. F. 6. *in fin. de form. fidelit.*

160. Non tamen ipſo iure vaſallus perdit feudum: ſed cauſâ demũ cognitâ 1. F. 21. *in princ. de feud. ſine culp. non amitt.* & culpâ convictâ 1. F. 22. §. *fin. quo temp. mil.*

161. Videamus, cui, feudum finitum & ob culpam amiſſum, aperiatur.

162. Finitum feudum, ad liberos devolvitur: quod quibus modis fiat, dictum eſt *theſ.* 153.

163. Quod ſi ob culpam amittitur, nihil refert, utrùm in committendo vel in omittendo, ſed utrùm in dominum vel extraneum commiſſa ſit.

164. Si vero felonia dominum reſpicit: ad eundem beneficium revertitur. 2. F. 24. *in fin.* quamdiu vaſallus, qui in dominũ deliquit, vivit 2. F. 78. *culp. unius ex coher.* item donec aliquis maſculus ex eo ſupereſt 2. F. 93. *fact. frat. fratr.* Quod ſi ſine heredibus maſculis deceſſerit, benignius eſt, ut ad agnatos feudum revertatur, ne unius delictum aliis noceat, & auferat ſpem iis, qui à delinquente, cauſam non habent *l. 1. §. ſi apud* 18. *ff de poſit. l. ſancimus* 22. *C. de pœn. l crimen.* 26. *ff. eod.*

165. Sin extraneum: feudum ad agnatos proximos pertinet. 2. F. 24. *in fin. quæ fuit. prim. cauſ.* 2. F. 26. §. *ſi vaſallus* 17. *ſi de feud. defunct.*

166. Quomodo autem feudum alienatum revocetur à filiis & agnatis. *Vid. Mynſing. cent.* 4. *obſ.* 85.

167 Su-

167. Supereſt ut de actionibus feudalibus diſſeramus, & inprimis quæ actio detur: cui detur: adverſus quem, & ad quid detur: an tranſeat ad heredes.

168. Datur feudi nomine actio in rem, & in perſonam.

169. In rem directa datur domino 2. F. 2. §. 3. *ibi rem ſuam petat, quid ſit inveſt.* quippe quæ ex dominio tanquam cauſa naſcitur *l. in rem 23. de rei vind.* vel adverſus poſſidentem, ut rem feudalem, ut feudalem, reſtituat: vel adverſus vaſallum de feudo ob feloniam reddendo.

170. Deinde datur domino, adverſus vaſallum, actio in perſonam, ad præſtandum id, ad quod vaſallus, vel ex peculiari conventione: vel ex ſpeciali curiæ conſuetudine: vel denique ex generali feudorum jure tenetur.

171. Primo caſu datur actio ex natura conventionis; ut ſi ſtipulatione actum fuerit, actio ex ſtipulatu competit, vel ſi dominus ſibi feudum reddi malit, condictio cauſa data, cauſa non ſecuta, ad repetendum feudum. ex quo non ſervit domino, proponitur. 1. F. 21. *de feud. ſine culp. non amitt.* Secundo & tertio caſu, ſecundum Interpretes, condictione ex moribus experiri licet, quâ vel hoc petatur, ut à vaſallo præſtanda præſtentur, & tum feudum maneat ſalvum. Aut ut feudum ad dominum revertatur, forſan ob culpam aliquam commiſſam.

172. An & interdicta domino dentur, quæſitum eſt? Non puto: quia vaſallus feudum poſſidet, non dominus: hic enim poſſeſſionem à ſe in vaſallum tranſtulit 2. F. 8. §. *fin. de inveſtu. de re alien. fact.*

173. Vice verſa utilis in rem actio vaſallo datur *d. tit.* 2. F. 8. §. 1. adverſus dominũ, item adverſus quemcunque poſſeſſorem, non tantum de feudo ipſo, ſed etiam de ſervitute feudo debita *d. tit.* 2. F. 8. *v. rei autem.*

174. Datur & vaſallo adverſus dominum actio in perſonam ejus, vel de feudo tantum promiſſo, nondum tamen conſtituto, vel de conſtituto, nondum tamen tradito, vel de feudo etiam tradito.

175. Illo caſu, actio in perſonam ſecundum conventionẽ, per quam promiſſio facta eſt, formabitur: nulla conventione interveniente, condictio ex moribus, quam vocant, dabitur.

176. Iſto: puta ubi præter promiſſionem abuſiva quoq; inveſtitura acceſſerit: itidem condictione ex moribus agendum erit.

177. Hoc caſu: traditâ ſc. poſſeſſione, & actioni in perſonam, & in rem locum eſſe Interpretes volunt *de tit.* 2. F. 8. §. *rei autem.*

178. Quid ſi dominus & vaſallus in vindicanda re feudali ab extraneo concurrant? Vaſallus domino præferendus erit. 2. F. 23. *circ. fin.*

179. Quin & interdicta poſſeſſoria tàm adverſus extraneum, quàm ipſum dominum vaſallis dantur: nam ſi hæc uſufructuario competunt, ut competunt *l. quod eſt 3. §. final. de vi & vi arm. l. ult. uti poſſid.* qui tamen revera non poſſidet, ſed videtur poſſidere *l. naturaliter 12. de acquir. poſſeſſ.* utiq; & vaſallo dabuntur, qui nō ſolum poſſidet verum etiā erga, atq; à dominus, à quolibet poſſidēte ſibi quaſi vindicare poteſt *d. tit. 2. F 8. v. ret.*

180. Sed cum interdictum unde vi atrocitatem facinoris in ſe habeat *l. 1. §. interdictum 43. de vi & vi arm* dubitatur an vaſallo in dominum, cui reverentia præſtanda eſt, 2. *F. 22. de mil. vaſall* competat? Et verius eſt dandum eſſe, quia cum Dominus non habet vaſallum, ut vaſallum, nec vaſallus dominum, ut dominum, habere debet *d. tit. 2. Feud, 22. in fin.* Facit illud Oratoris Domitii: Cur ego te, inquit, habeam ut principem: cum tu me non habeas, ut ſenatorem? *c. ſta ſubjectus diſtinct. 95.*

181. Porrò ſi vaſallus in ſua poſſeſſione à domino turbetur, aut inſolita indebitavè ab ipſo laudemia, aut ſervitia exigantur, iudicis ordinarii officium, quo mandatur, ab impedimento vel moleſtia dominus deſiſtat, implorare vaſallum poſſe communiter receptum eſt *arg. l. illicitas 6. de offi. præſid.*

182. Supradictæ actiones & heredibus dantur & contra heredes 1. *F. 3. qui ſucceſſ. feud.* Eaq; res expedita eſt in Laico, qui in diem vel ſub conditione inveſtituram fecit, & pendente die vel conditione deceſſit, illius enim ſucceſſor eam omnimodo adimplere compellitur *d. tit. 1. F. 3.* Ratio quia actiones & obligationes novo jure ab heredibus & contra heredes incipiunt *l. un. C. ut action ab hered. & cont. hered. incip.*

183. In Clerico diſtinguitur: aut enim de ſuis bonis inveſtituram fecit: aut de bonis Eccleſiæ. Illo caſu ſucceſſor ejus eam adimplere tenetur 2. *F. 35 in princ. de Cleric qui inveſt fecit* quia in rebus propriis, Clericus pro Laico habetur. *l. de his 3. C. de Epiſc & Cler.* Hoc caſu eatenus eam adimplere cogitur, quatenus rei pro beneficio inveſtitæ h. e. in feudum datæ, poſſeſſio penes Clericum fuerit *d. tit. 2. F. 35.*

184. Ubi verò de alterius feudo fecerit, inveſtituram: Siquidem purè non valet: ſed ſi ſub tempore vel conditione, quo feudū ſibi aperiatur, valebit inveſtitura: Si tamen ante deceſſerit inveſtitor, quàm feudum ad eum revertatur, ſucceſſor nō cogitur eā habere ratā. *d. t. 2 F 35* ſin vivente ſe, feudum apertum fuerit, poſſeſſionem tradat & inveſtituram adimpleat neceſſe eſt *d. loc.*

185. Actionibus annecto probationes. Probatio propriè dicta duplex eſt Altera fit quæ per teſtes: altera quæ fit per ſcripturam ſive breve teſtatum *t. t. ff. & C. de teſt. & fide inſtrument.* 166.A

186. A probationibus differt defenſio, cuiuſmodi ſunt: juſiurandum, duellum, exploratio.

187. In teſtibus feudalibus quatuor ſunt ſpectanda. 1. Sexus: nam fœmineo [illegible] feudalibus, nulla eſt teſtimonii dictio 2. F. 32. §. *[illegible]*

188. Deinde qualitas teſtium: in feudis enim regulariter teſtes ſunt pares curiæ, qui ab eodem domino feuda tenent. *d. tit.* 2. *Feud.* 32. *in fin.* 2. F. 2 [illegible] 2. F. 33 § *nec dicatur de conſuet. rect. feud.*

189. Regulariter poſui: quoniam ſi haberi non poſſunt pares curiæ, etiam extranei ſunt recipiendi 1. F. 26. *v teſtes ſi de inveſtit.*

190. Tertiò teſtium numerus: In probatione n. inveſtituræ duo teſtes ſufficiunt *d. tit* 2. F. 26. § *ſi quis* 1. *d. tit.* 2. F. 2. *ibi ſaltem coram duobus. Matth.* 18. *v.* 16

191. Secus tamen eſt, in probatione ingratitudinis, in qua non duo [illegible] integræ opinionis teſtes requiruntur 2. F. 57. *quot [illegible]* nam ubi maius periculum eſt ibi cautius eſt agendum.

192 Nec obeſt quod alibi duodecim ſacramentales deſiderentur, *d. tit.* 1, F 26 § 1 Illi enim requiruntur ad defenſionem non ad probationem. Aliud autem eſt probatio, aliud defenſio 2 F. 26.

193. Quartò [illegible] teſtium feudalium, de qua *vid. d. t.* 2. F. 26. §. 1. 2 F 2 *[illegible] l lege* 4 *l [illegible]* 8. *l. [illegible]* 9. *ff. de teſtib. l. con-[illegible]* 19 C. *[illegible]* 90 D[illegible] *l. [illegible] novam* 14 C *[illegible]* 14 C. *[illegible] Nov.* 9. *c.* 7.

194 [illegible] utrum pares curiæ, in ſingulis [illegible] iurare debeant, an ve-[illegible] quod initio inveſtituræ præſtitum eſt, ſuffi-[illegible] *c [illegible].* 2 F. 55 § *fin. [illegible] ſub fidelitatis debito [illegible]* niſi conſuetudo [illegible] aliud ſuadeat *a g.* 2 F. *[illegible]*

195. [illegible] probatio, per breve teſtatum, id eſt, publicum in-[illegible] tribus vel duobus partibus confirmatum 2 F 2. *quid ſit inveſt.*

196. Exemplum autem [illegible], ſive copia, ut vocant, hic non ſufficit, ſed requiritur ipſum authenticum ad fidem faciendam *l* 2. *de fid. inſtrument. [illegible] ſemel [illegible].* Niſi exemplum publicâ manu & iuſſu magiſtratus deſcriptum fuerit, cum videlicet antiquum inſtrumentum periclitaretur, ne deficeret paulatim vetuſtate & fugientibus literis: nam hoc caſu inde exſcriptum inſtrumentum, eundem effectum, eandemq; poteſtatem cum authentico habet *c. fin. X. de fid. inſtrument.*

197. Quid ſi neq; teſtibus, neq́; inſtrumentis actor ſuam intentionē probare valeat, num abſolvendus eſt reus? iuxta *l. qui accuſare* 4. *C.de edend. l. actor.* 23. *C. de probat l* 2. *ff. eod.* Non eſt. Sed medio iuramento, cujus electio rem poſſidenti vel jurandi, vel referendi datur, lis deciditur 2. *Feud.* 2. §. 1. *quid ſit inveſt.* 1. *Feud.* 4. §. *cum autem* 2. *ſi de inveſtit. feud.* 1. *Feud.* 10. *de content. int. dom. & fid.*

198. Si pares utrinq́; allatæ ſint probationes, iudicis religioni & arbitrio relinquitur, utri, perpenſis exactè circumſtantiis, iuramentum deferat, 2. *F.* 33. §. *ſacramentum de conſuet. rect. feud.* Et hoc caſu interdum locum habet *d. l. qui accuſaret C. de edend.*

199. Sive autem jusiurandum deferatur domino ſivè vaſallo, ab adverſario vel judice, is cui delatum eſt, jurare debet non ſolus, ſed cum duodecim ſacramentalibus. (ex ordinatione Cameræ numerus Sacramentalium eſt arbitrarius *parte 2.tit.* 10. §. *in fin.*) quorum ſex ſunt parentes hoc eſt, cognati iurantis: cæteri extranei eſſe poſſunt, quod valde ſingulare eſt *d. tit.* 2. *Feud.* 33. *v. ſi à iudice* vid. ll. Longobard. *lib.* 2. *tit.* 55. *qual. quisq; ſe defend.*

200. Poſt juratoriam cautionem fiebat innocentiæ demonſtratio vel divino vel humano judicio, hoc eſt, duello 2. *Feud.* 28. §. *ſi ruſticus* 3. vel exploratione, cujus ſex ſpecies reperiuntur 1. per flammam. 2. per crucem. 3. per candens ferrum. 4. per aquam gelidam. 5. per ſortes. 6. per corpus & ſanguinem domini, ſivè hoſtiam ſacram, de quibus eleganter *Hotoman. diſp. feud c.* 44. *de probat. per explorat.* Quæ ſpecies è Republica Chriſtiana iure ſunt expulſæ & exploſæ, utpotè ſuperſtitioſæ probationes, quas qui ſectantur nihil niſi Deum tentare videntur *C. Mennam. C. conſuluiſti c. Monomachiam* 2. *q.* 5. *c. fin extr. de purgat. Canon.* Ejuſdem etiam farinæ eſt mos ille, ut ſagæ in flumen conjiciantur vinctæ, atq́; ita exploretur, ſint ne ſontes an inſontes? De probatione per aquam acerbam maledictam, de qua *Num.* 5. *v.* 18. *&* 19. *& ſeqq.* quid ſentiendum Theologis excutiendum relinquo.

201. Explicatis actionibus & probationibus, proximum eſt, ut de iudicio feudali diſpiciamus, nam fruſtra darentur actiones, denegato iudicii ingreſſu, & exercitio.

202. Judicium feudale conſtituunt perſonæ, partim principales, ut litigantes & iudex: Partim acceſſoriæ: eædem nimirum, quæ etiam in cæteris iudiciis, & præter illas, duodecim ſacramentales.

203. Litigantes in feudali iudicio ſunt Dominus & vaſallus, quandoque etiam extraneus. Iudex feudalis vel eſt dominus feudi controverſi,

verſi, vel pares curiæ ſoli, vel cum domino, vel Ordinarius vel Arbiter.

204. Si contentio fuerit inter capitaneos, de feudo regali, puta de Ducatu, Marchia, Comitatu, coram Imperatore definiri debet 1. F. 18. *apud quem vel quos controverſ. feud. defin.*

205. Si inter duos vaſallos de feudo controverſia ſit, dominus eam terminet 2. F. 55. §. *inſuper 2. v. preterea de probib. feud. alien. per* Frid.

206. Si inter dominum & vaſallum lis oriatur, de feudo non regali, per pares illius domus ea dirimatur, per omnes quidem, ſi litigantibus ita placuerit: Sin minus: poteſtas ex paribus eligendi quot velit, primum domino: deinde totidem vaſallo datur 2. F. 16. *de controverſ. feud. apud pares terminand. d. tit.* 2. F. 55. *in fin.*

207. Pares cum domino cognoſcunt, ſi unus ex litigantibus feudum antiquum: alter novum eſſe adſerat 2. F. 15. *de inveſtit. in marit. fact.* vel ſi dubitetur, utrū ad pares curiæ, an ad dominum cauſæ cognitio ſpectet.

208. Coram ordinario judice agitur, quando agens non nititur jure aliquo feudali, vel agit actione perſonali, de feudo promiſſo, & adhuc conſtituendo: nam ante inveſtituram, res non eſt feudalis: vel non ſunt pares, vel ſuſpecti *d. tit.* 2. F. 15. *de inveſtit. in marit fact.* vel alteruter litigantium ſe domini illius vaſallū eſſe neget *d. tit.* 2. F. 55. *& ibi gl.* vel uterq; diverſos inveſtitores proferat 2. F. 27. §. *ſi judex 2. v. ſi duo homines, de pace tenend.*

209 Coram Arbitro: quando utriuſq; conſenſu judex eligitur 2. F. 15. *de inveſtit. in marit fact.*

210. Conſtituto judicio feudali, de modo & ordine illud exercendi aliquid dicendum foret: ſed cum certus & ſpecialis procedendi modus, in conſuetudinibus feudalibus, non tradatur, eum ex ſure communi aut uſu fori petendum eſſe concludo 2. F. 1. *de feud. cogn.* Exceptis quibuldā ſingularibus, & à proceſſu communi diverſis, de quibus ſupra.

211. Et tantùm de abſtruſâ, ſubtili & utili materiâ,
quaſi per indicem tetigiſſe
ſatis ſit.

CORollaria.

EX JURE DIVINO.

I.

An promiſſio Dei de ſemine Abræ inſtar cæli ſtellarum multiplicando ſecundum literalem ſenſum principaliter intelligi debeat, de multiplicatione carnali: An potius de multiplicatione ſpirituali? Prius A. Gen. 15. v 5.

II.

An maritus ab uxore ſua, quæ non vult eius religionem amplecti, divertere queat, & ad ſecunda vota migrare? N.

III.

An εὐτραπελία ſit licita? N.

EX JURE CANONICO.

I.

An mali ſunt cogendi ad bonum? Affir.

II.

An virgo quæ invita obprimitur pudicitiam amittat? N.

III.

An dicatur peccare quem lex humana excuſat? Diſting.

EX